

Bernam, & Bertod sita, ab utraque una leuca distans, Krauchthal vulgo nuncupata, à Petro de Porta milite anno 1400. fundata, modo à Bernensibus occupatur.

XXXXVIII.

1401. Domus Assumptionis Beatae Mariae in Monte Gratiae in Comitatu Eboracensi suos agnovit Fundatores Thomam Hollandum, Ducem Sarraciae, & Dominum de Vvaho, & Ioannem Inghelbye anno 1401. Eversores, canes rabidos Anglicanos haereticos.

XXXXIX.

1410. Domum Bellae Vallis prope Nothingam super sua firmamentata statuerant Ioannes, & Nicolaus de Cantelupo anno 1410. confirmavit Eduardus III. Perit communi clade cum aliis Anglicanae Provinciae.

Do:

L.

Franciae.

Domus Thoarci, sive de Oyron in finibus Pictavorum, & Andegavensium, in Castro de Oyron, una leuca à Thoarco, & tribus à Loudun distante, ab Illustri Domina Petronilla de Amboise anno 1411. fundata est, quam morte praeventa perficere non potuit Anno igitur 1443. conventionem peracta cum Vicecomite Thoarci, eius haerede, in quinque illa partes divisa, totidem domibus Ordini assignata est. Scilicet Maiori Cartusiae, domui Parci, Vallis Viridis, ligeti, & Vallis Dei.

nu. 1.  
nu. 40.  
nu. 41.  
nu. 17.  
nu. 21.

LI.

Angliae.

Domus Shenae, seu Iesu de Bethlehem, iuxta Shene in Comitatu Surtiae Henricum V. Angliae Regem fundatorem sortita fuerat anno 1415. & Ordini benedictionis post incorporata: cuius fundationis haec fuit causa. Hæricus

Le:

Lecestriæ Comes, exterris factus Patria à Richardo II. Anglorum Rege, revocatur, è Francia conspirationibus Anglorum in Regem, & à populo Rex creatus, vocatusque Henricus IV. è Regno Richardum eiecit, qui postea in custodia extinctus est. Henricum facti perituit, atque à Summo Pontifice imposita gravi poenitentia, veniam obtinuit: verum necdum illa completa, moritur. Qua propter Henricus V. eius filius, pro eius, & Richardi salute, prope Villam Regiam, cui hodie Rachemondia nomen est, cenobia duo construxit: alterum in lœva Tamesis fluminis ripa, Jesu de Bethlehem dictum Carrusianis incolendum; alterum, è regione positum Deiparæ Virgini, atque Sanctæ Brigittæ sacrum, illius Ordinis Monialibus, & Monachis, vocatumque est Sion. Tandem Carrusienis Lutherianam fugientes persecutionem Mechliniam in Flandria, & ad Domum Neoportile receperunt.

Do:

## LII:

*Alema*  
*nia su*  
*perio*  
*ris.* Domus Throni Sanctissimæ Trinitatis, in Pletriach, in Slavonia, inter Chasma, & Novograd, ab Hermano Citia, & Sagonia Comite circa annû 1416, erecta, à Patribus Iesuitis detenta est: sed per bella diruta, cum domo in Gyrio, eis à Ferdinando Austria Archiduce, concessa est.

## LIII.

*Tuscie* Domus Gorgonz, seu Sanctæ Mariæ, & Sancti Gorgonii martyris, in Insula Gorgonz, à Benedictinis primò possessa, à Gregorio XI. Summo Pontifice donumui Pisarum unita anno 1374, à Capitulo Generali in Prioratum erecta: usque ad annû 1425, à Cartusianis habitata: propter frequentes Barbarorum incursum detelicta: tandem anno 1482, donumui Pisarum reunita est. Hanc ultimò Insulam Reipublicæ Florentinæ donavit Leo Medices, de

cis